



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XX. Urbevetana fideicommissi de Cenciolinis. De eadem materia concursus plurium personarum inæqualis gradus, An & quando intret necnè repræsentatio, sive juxtà ejus operationem successio ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

3 Quod etiam in casu testatæ vel fideicommissariæ  
 4 successione, quando plures nepotes ex fratribus vel  
 fororibus directè venient ex propria vocatione ha-  
 betur apud *Dec. conf. 412. Ror. dicta decis. 180. & 278.*  
*par. 6. recent. qua sunt repetit. apud Merlin. decis. 570.*  
*& 631. in Aesina fideicommissi 18. Martii 1648. coram*  
*Celfo inter suas decis. 33. & in aliis, atque in termi-*  
*nis emphyteuticis habetur decisum in Bononien. sub*  
*tit. de emphyteuti disci. 17.*

5 Verum dicebant, id non procedere in hac facti  
 specie, in qua nullibi hujusmodi concurrentes lege-  
 bantur dispositivè vocati, sed solum in conditione  
 6 positi, & sic ex tacita vocatione resultante à statuto  
 disponente, ut filii in conditione positi censentur  
 vocati, ita venientes jure tacitæ Vulgaris compræ-  
 henfæ sub compendiosa, quam statutum fingit, &  
 consequenter intrat regula de qua frequenter infra  
 super hac materia vocationis filiorum in conditione  
 positorum ex statuto resultantium, ut vocatio cen-  
 setur ad personam proprii parentis, non autem pa-  
 trui, quodque propterea quilibet succederet ex per-  
 sona propria matris.

Ad quod comprobandum deducebant punctuali-  
 ter firmata per *Crot. conf. 126.* ut scilicet filii plurium  
 fororum vel filiarum in testamento vel investitura  
 vocati, independentè ab eorum matribus ex ea-  
 rum persona respectivè æquales habeant portiones,  
 quamvis ipsi inter se in numero sint inæquales, & sic  
 per speciem succedendi in stirpes, Et ex his iudex fa-  
 tis inclinabat pro hac opinione

7 Contrarium mihi scribenti pro petentibus succe-  
 sionem in capita, verius videbatur; Primò ex genera-  
 litate regulæ resultantis à dicta magis recepta opini-  
 one *Azzonis* contra *Accursium*, unde propterea dicebã  
 8 juxta firmata apud *Mantic. decis. 251. nu. 4.* & passim,  
 quod habens pro se regulam, habere dicitur inten-  
 tionem fundatam cum sola regulæ allegatione, do-  
 nec probetur limitatio, quæ in dubio non præsumi-  
 tur, sed probanda est per allegantem ex collectis  
 per *Barbof. axiom. 198.*

Sed descendendo magis ad specialia, dicebam,  
 quod licet vocatio filiorum in conditione positorum  
 sit ficta, seu implicita tanquam inducta per statu-  
 tum, attamen receptum est eam censendam esse jure  
 9 explicitæ seu expressæ vocationis, perinde ac si fi-  
 lii expressè ac dispositivè vocati essent, ut habetur  
 apud *Dunozettum decis. 862. num. 1. in Prænestina fi-*  
*deicommissi s. Julii 1662. Bevilacqua* & in aliis frequen-  
 ter, ac habetur pluries infra supra hac materia voca-  
 tionis filiorum in conditione positorum resultantis  
 à statuto; Si ergo hujusmodi vocatio habetur, ac si  
 esset explicita & dispositiva, non videbatur subesse  
 ratio, cur dicta conclusio, quam in casu propriæ &  
 explicitæ vocationis iudex ac scribentes in contra-  
 rium admittebant, locum habere non deberet isto  
 casu, in quo statutum eam habet pro tali.

Præterea tunc dicebam intrare dictam conclusio-  
 nem de filiis vocatis tantum ad portionem proprii  
 parentis, non autem patrui, quando ageretur de  
 eorum vocatione tam verbis, quam re, verè depen-  
 10 denti & consequentiva, quia nempe factò casu suc-  
 cessionis in proprio parente, ejus filii in conditione  
 positi succederent per fideicommissariam, Vel et-  
 iam per Vulgarem tacitam, intraret tamen repræ-  
 sentatio seu subingressio in locum proprii parentis  
 prædefuncti in concursu alterius hæredis primi gra-  
 dus, & ne eorum vocatio capere posset alterius co-  
 hæredis portionem, cujus libertatem vere ac pro-  
 prie dicta conclusio percutit, ut pluries infra in dicta  
 materia, præsertim in d. *Prænestina fideicommissi*, &

in *Romana fideicommissi de Capogalli disci. 78.*  
 Isti autem termini non intrabant in hac facti spe-  
 cie, in qua, ob corruptum primum gradum multo-  
 nis, isti filii in conditione positi, jure tacitæ voca-  
 tionis contentæ sub compendiosa per statutum fidei-  
 commissarium, veniunt, non dependentè à parentibus, sed  
 directè ac immediate ex persona propria, cum eorum  
 gradu antecedenti, ita jure Vulgaris, ille qui  
 secundus, fiat primus, & sic erit successio directè  
 in qua de plano intrare videbatur dicta opinio  
*Azzonis*, cum hodie in foro receptum sit, non retrahere  
 voluntate testatoris vel aliqua particulari limita-  
 tione, fideicommissariam, seu alias testatam succe-  
 sionem juxta ordinem successionis ab intestato  
 legandam esse.

Quoverò ad dictam specialem auctoritatem  
*ti conf. 126.* deducebam eadem, quæ super ex-  
 ceptum habetur in dicta *Bonon. sub tit. Emphyteuti disci. 17.*  
 licet ejus opinio recipienda non sit, utpote  
 falso fundamento opinionis *Azzonis*, quam in-  
 quitur, ut etiam in casu quo sit concursus inter  
 nepotes ex fratribus vel fororibus absque mixtura  
 successoris primi gradus ac necessitate repræsentationis,  
 adhuc successio esse debeat in capita; Et  
 rarius in casu de quo agit *Crotus* aliæ concurrerent  
 dicit circumstantiæ non improbabiler id hinc  
 res, ideoque ab eo ad præsentem non bene infer-  
 tur; Incertus est tamen causæ exitus, cum possit  
 cam vel binam disputationem amplius de illa  
 non audierim, forsitan partes inter se concordant  
 vel causa mutavit defensores ob cessationem  
 Patroni, ut frequenter contingit.

## URBE VETANA FIDEICOMMISSIS DE CENCIOLINIS

PRO

DOMINICO CENCIOLINO

CVM

ALIIS ETIAM DE CENCIOLINIS

Casus disputatus coram A.C. sub incerto titulo

De eadem materia contra versus plurium per-  
 sonarum inæqualis gradus, An & quantum  
 intret necne repræsentatio, sive juxta  
 operationem successio fideicommissaria  
 sit in stirpes, Vel ubi adest inæqualitas  
 vinculo, An scilicet conjuncti cum  
 ci vinculo vincant eos, qui ex uno  
 latere conjuncti sunt.

SUMMARYM.

1 **F**acti series.

2 In reciproca ordinata inter institutos  
 stirpes non intrat repræsentatio filiorum in locum  
 patris prædefuncti.

3 Quod in successione fideicommissaria duplex  
 attendatur, unde utrinque conjuncti  
 consanguineos tantum.

4 Fortius in dispositione collateralis.

5 Declaratur conclusio, de qua nu. 2. quando procedit

- 6 Quomodo decidenda sit questio unicuitatis vel duplici-  
tatis vinculi.
- 7 Vbi agitur de dispositione ascendente non attenditur du-  
pliciter vinculi.
- 8 Idem ubi de dispositione transversalis remota, cum  
in hac materia spectetur proximitas gravantis non  
autem gravati.
- 9 Proximitas gravati ex latere materno non attenditur,  
sed attenditur illa que provenit à testatore.
- 10 Quid ubi agitur de dispositione fratris, ita ut alias ab  
intestato intret differentia dupliciter vinculi.
- 11 De alio casu controversa, & quando in successione fi-  
deicommissaria non detur ea representatio, qua  
datur ab intestato ex conjecturis.
- 12 De aliquibus conjecturis dictam representationem ex-  
cludentibus.

## DISC. XX.

Ordinato per contractum inter vivos fideicom-  
missum per N. de Cencilionis ad favorem fra-  
trum, eorumque descendendum, cum per mortem  
unius ex fratribus absque prole factus esset casus fi-  
deicommissariae successione, orta est controversia  
inter Dominicum fratrem utrinque junctum, &  
nepotes ex altero fratre consanguineo tantum præ-  
defuncto, Et introducta causa coram A. C. Scribens  
pro Dominico fratre utrinque junctum tanquam  
Advocatus ad causam seu clientis opportunitatem,  
ex duplici fundamento dicebat huiusmodi fidei-  
commissariam successione soli Dominico in ex-  
clusionem dictorum nepotum debitam esse; Primò  
quia ipse substitutus seu vocatus erat nomine pro-  
prio seu appellativo, alii autem veniebant sub no-  
mine colectivo, & tanquam per representationem  
propriam parentis, quæ in reciproca fideicommissaria  
successione non datur in concursu ejus, qui proprio  
ac appellativo nomine vocatus est juxta consil. 1. De-  
cii. quod reputatur in materia magistrale, & ceteri  
communiter sequuntur, ac pluries sequuta est Rota,  
præsertim apud Seraph. decis. 1281. & 1479. apud Bu-  
rati. decis. 721. num. 3. decis. 770. & decis. 801. decis.  
241. par. 9. rec. & frequenter in aliis, ac habetur in-  
fra in Fulginate de Roncallis disc. sequen.

Et secundò, quod cum hodie recepta conclusio  
sit, ut non refragante testatoris voluntate, vel spe-  
ciali limitatione, fideicommissaria successio regule-  
tur juxta ordinem successione ab intestato, idcirco  
juxta hunc ordinem successio soli fratri utrinque  
conjuncto in exclusionem ex fratre consanguineo  
tantum debita est juxta doctrinam Bart. in l. recon-  
juncti num. 62. ff. de legatis 3. quam plures sequuntur  
relati per Peregr. de fideic. art. 20. num. 19. Fusar. de  
substit. 9. 79. n. 31. & 38. Bellon. jun. de jur. accresc.  
cap. 5. qu. 56. n. 1. cum seqq.

Clarius verò ubi non agitur de dispositione ascen-  
dente, sed transversalis, quo casu intrat doctrina  
Castrenf. in l. finali Cod. de verbor. signif. quod si testa-  
tor relinquat fratribus suis, intelligitur de utrinque  
conjunctis, & sequuntur ceteri relati per Fusar. dicta  
quest. 79. num. 37. Bellon. jun. dict. cap. 5. quest. 55.  
num. 18. cum seqq.

Super utroque autem motivo desuit occasio effor-  
mandi maturum judicium, cum edita unica infor-  
matione, non audierim amplius actum esse de cau-  
sa; Pro ea tamen consideratione, quam tunc ad  
veritatem faciebam, Quatenus pertinet ad primum  
motivum, putabam resolutionem pendere ab eo,  
An substitutio haberet ulteriorè progressum in uni-  
Cardin. de Luca de Fideicomm.

versa descendente, seu universo genere personarum  
in infinitum, vel e converso restricta esset ad solos  
fratres heredes institutos absque ulteriori progressu,  
ut hoc secundo casu rectè procedant dictæ decisiones  
Seraphini, & alia in exclusionem representationis,  
vel subingressione filiorum in locum patris præde-  
functi, nisi transmissionis conjectura concurrant,  
quasi quod dilectio esset personalis, secus autem in  
primo, juxta ea quæ habentur in d. Fulginate. disc.  
sequenti.

Quoverò ad alterum motivum dupliciter vel  
uniciter gradus, ponderatis iis quæ (seclusis con-  
sulentibus loquentibus juxta opportunitatem partis,  
pro qua scribendi occasio eis data est) disputantur  
per alios DD. ut supra relatis per Peregr. Fusar. &  
Bellon. jun. locis citatis, ac etiam per Rotam apud  
Orthob. decis. 91. Considerabam in ista questione ut-  
pote facti ac voluntatis potius quam juris, non de  
facili, ut plures in sola fide doctrinarum simpliciter  
ambulantes opinantur, tradi posse illam regulam  
generalem ac certam, quam habemus in successio-  
nibus ab intestato, cum decisio potius pendeat ex  
singulorum casuum particulari qualitate seu cir-  
cumstantiis, unam vel alteram voluntatem suaden-  
tibus, attendendo solum illam opinionem, quam  
tanquam magis communem & receptam hodie te-  
nemus pro regula, vel respective pro regulæ limita-  
tione. in casu merè ambiguo, & quando voluntas  
omnino obscura seu incerta est.

Hoc autem casu incerta seu ambigua volunta-  
tis, distinguendum videtur, Aut enim agitur de dis-  
positione ascendente cum descendentibus, & tunc  
quidquid aliqui teneant, omnino vera & recepta  
est opinio, quæ tribui solet Bartolo in l. Lucius, num.  
21. ff. de vulgar. ubi Alex. Rip. las. & alii plene relati  
per Fusar. dicta quest. 79. num. 22. & sequen. & plenius  
per Bellon. qui more veri Doctoris quæstiones  
examinat de jur. accresc. dicto cap. 5. quest. 16. num.  
17. cum sequen. & sequuta est pluries Rota, præsertim  
apud Burati. decis. 770. num. finali, plene apud  
Orthob. dicta decisione 91. quæ dici potest in materia  
magistralis num. 11. & sequen. apud Celsum dec. 33.  
num. 4. & seqq. & in aliis; Licet enim istæ decisio-  
nes loquantur de dispositione transversalis, attam-  
en clarè probant isto casu id fortius procedere. ac  
esse indubiatum, Unde propterea in una Senen.  
super substitutione ordinata inter filios diversorum  
matrimoniorum pro veritate consultus respondi  
contra requirentem, qui instabat pro prælatione  
ejus filiarum in portione defecta in exclusionem fi-  
liarum primi matrimonii, ex dicta ratione duplici-  
tatis vinculi.

Aut verò agitur de fideicommissio ulterioris tran-  
versalis, cujus persona attendita, atque ab ea regu-  
landa ordinem successione, vel proximitatis, non  
cadat ita distinctio unicuitatis vel dupliciter vinculi  
utpote restricta ad solos fratres, & fratrum filios, &  
tunc dicendum veniat idem, quod de ascendente,  
dum juxta ordinem intestatæ successione talis dis-  
tinctio non intraret; Licet enim potius ad evitanda  
inconvenientia, quæ in fideicommissis habentibus  
tractum successivum, ac protractis in remotissimum  
tempus, quam quod ita ratio suadeat, ubi potissime  
non agitur de continuatione bonorum de patre in fi-  
lium, hodie in foro receptum sit, proximitatem regu-  
landam esse ex persona gravati magis quam gra-  
vantis, Nihilominus id procedit, quando intrat dicta  
ratio, seu ad alios effectus non autem in ordine regu-  
landi voluntatè fideicommissantis, quoniam tunc istius

non autem hæredis vel ulterioris gravati persona attendi debet, ex ea clara ratione, quod verè non gravato sed testatori succeditur, ut bene advertitur apud *Celsum dicta dec. 33. num. 7.*

Unde propterea juxta ea, quæ habentur supra in *Vrbevetana Majoratus disc. 6.* cum aliis apud *Orthob. dicta decis. 91. num. 19.* si quis licet ab eodem testatore descendens, magis approximet gravato ultimo morienti per latus maternum, sit autem remotior, regulando parentelam ex persona testatoris, tunc dicta alia major proximitas ex diverso latere non curatur, ergo persona testatoris est illa, quæ attendi debet pro ejus voluntate regulanda, cum in effectu testatori non autem gravato fideicommissarius succedere dicatur; Licet quandoque ad effectum Bullæ Baronum, vel alios effectus ex ratione particulari, & tanquam per limitationem regulæ consideretur, ut gravato magis quàm testatori succedatur.

Aut demum agitur de dispositione facta per fratrem ad favorem fratrum superstitium vel ejus filiorum, ita ut sive spectetur persona gravantis sive gravati, juxta ordinem intestatæ successione in tunc dicta differentia unicitatis vel dupliciatis vinculi, & tunc quamvis varietas inter scribentes esse videatur ex relatis per *Fusar. & Bellon. jun. ubi supra*, & apud *Orthob. dicta decis. 91. num. 16. 20. & 21.* Attamen observabam rectè conciliari posse cum eadem distinctione jam ponderata super alio motivo representationis, vel subingressionis filii in locum patris prædefuncti, Quod aut scilicet agitur de fideicommissio continente unum tantum gradum substitutionis, & non habente ulteriorem progressum perpetuum in universa agnatione vel descendencia, & tunc omninò verior videatur opinio, ut testator censetur se conformasse cum ordine intestatæ successione per legem præscripto ob majorem dilectionem à lege præsumptam in utrinque conjunctis, nisi alia diversa præsumptiones istam satis vagam ac levem elidant; Aut e converso substitutio habet tractum successivum, ita ut non intret ratio dilectionis personalis, neque illa unicæ successione, & tunc omninò contrarium dicendum sit, cum in hujusmodi dispositionibus habentibus tractum successivum ac perpetuum, testatores respicientes ad remotissimum tempus, vel similiter non habeant animum limitatum ad solum primum gradum, neque ad hujusmodi distinctionem reflectant, sed cogitent ad universam agnationem, seu universum genus, quod ipsi contemplati sunt, & hic est casus, de quo agitur apud *Orthob. dicta decis. 91.* quæ videtur in materia magistralis quoniam licet ageretur de dispositione transversalis cum fratre, vel fratrum filiis, attamen præsupponitur agi de fideicommissio perpetuo & successivo deducto ex ratione contemplatæ agnationis, juxta ea quæ super dicto fideicommissio habentur firmata *decis. 44. & 47. par. 1. rec. ac de eodem habetur actum infra in Firmana fideicommissi de Fulchis disc. 133* principaliter super puncto, an prælegatum veniat sub fideicommissio universalis.

In proposito autem, quod in hujusmodi quæstionibus, magis facti & voluntatis quàm juris, certa & generalis regula dari non potest, sed ordo successione ab intestato attendatur tantum in casu merè ambiguo; In una *Veliterna*, cum Maria Quarallina peste in loco grassante hæredem scripsisset Margaritam filiam, eique morienti absque filiis substituisset sibi proximiores conjunctos explicatos cum communi Italico vocabulo parentum, nempe *li suoi piu prossimi mi parenti*, sequuta ex eodem morbo epidemiali an-

tea, vel paulò post etiam morte dictæ Margaritæ hæredis, orta est quæstio successione inter Antonellam dictæ testatricis germanam sororem, & Antonellam de Surrentinis ex altera sorore prædefunctæ nepotes, unde desuper pro veritate consultus, ad favorem dictæ Antonellæ respondendum censuit.

Licet enim juxta magis communem & recentior opinionem, quamvis pluribus contradicentibus carentem, ubi agitur de hujusmodi vocationibus per nomen collectivum, non autem appellativum attendatur ordo intestatæ successione, & consequenter inter fratres fratrumque filios interrepresentationibus habentur apud *Fusar. qu. 485. Capitulum contr. cap. 19. Robles de represent. l. 1. cap. 9. n. 1. & 2. Attamen hæc est nuda præsumptio, ut advertitur per *Rot. am dec. 5. n. 21. par. 6. rec.* ideoque absque dubio satisfat ex contrariis præsumptionibus, ex deductis per *Fusar. dicta qu. 485. num. 58. Menoch. lib. 4. præsumptio num. 26. & conf. 215. num. 139. & Robles ubi supra. l. eod. lib. 1. c. 13. apud quos ceteri*, in specie negant hanc repræsentationem etiam in casibus, in quibus regulariter juxta ordinem intestatæ successione tractare deberet.*

Applicando autem ad rem, sufficientes præsumptiones vel conjecturæ concurrere videbantur, quoniam in facto supponebatur testatricem nimio amore prosequi dictam Antonellam sororem ejus præfatos, præfatos autem Surrentinos ex altera sorore potes esse potius in senos, vel satis parum benevolos.

Et fortius quicquid istæ duæ sorores, nempe testatrix & Antonella nuptæ fuerant duobus germanis fratribus de familia de Battistis, atque bona pro parte obveniebant à viro dictæ Margaritæ, unde dabatur attestaciones, quod pluries eadem testatrix dixisset justum esse, ut bona redirent ad eam familiam, à qua exierunt.

Atque stantibus his circumstantiis, considerabilem quoque dicebam aliam conjecturam, quæ sit & de per se levis ac parvi ponderis reputari solent deductis apud *Fusar. dicta quæst. 485. num. 33. & 34.* quod scilicet testator vocasset proximiores filios comparativo, ita ostendendo animum vocationis qui naturaliter ac per veritatem non autem per magis fictionem magis approximerent; Licet enim dictum est, ista sit levis conjectura sola & de per se considerabilis tamen videtur juncta cum aliis regulis, ut singula quæ non profunt, &c.

## FULGINATEN. FIDEICOMMISSO DE RONCALLIS.

PRO

FLAMINIA & SORORIBUS  
DE RONCALLIS.

CVM

HIERONYMO PATRUO.

Casus disputatus coram A. C. & in Signatura  
& resolutus pro Hieronymo.

De eadem materia concursus plurimum graduum inæqualium, ut remotiores ex beneficio repræsentationis vel subingressionis fiant proximioribus æquales; &c.